


NICOLAI MARCOMVILLI,
MOLISMENSIS COENOBITAE
in ecclesiasticum illud, MEMENTO HOMO
QVIA CINIS ES, &c. Elegiacum.

Eiusdem in Delphini obitum, & aliquot illu-
strium virorum, deploratio, cū diuersis
epigrammatis.



TECVM HABIT'A.

Parisijs apud Ludouicum Cyaneum, e regio-
ne collegij Longobardorum.

1537.

P. H. Sussannæus Io. Amadæo ex Valper-
guæ comitibus .S.D.

Vm officij gratia Nicolaū Marcōui-
lū nudius tertius inuiserem, casu in ali-
quot carmina incidi, quæ ille tumul-
tuarie & succisiuis horis cōposuerat:
cui⁹ inuētione thesauri, numero quidē suo exigui,
at precio incōparabili, vchemēter mihi ipse gra-
tulat⁹ sum. tā graphice hominē homini depingit,
& ad animi magnitudinē exhortatur, vt Paulum
ē cathedra fulminantem legēdo audire videaris.
Quo genere delectari te cum non ignorarē, ty-
pographo excudendum dedi, vt tu tuiq; similes
hoc quadragenario potissimum tempore habe-
retis, quod vestra legere maximē interest, & ad
cuius imitationem erigere te oporteat. Vale.

Ad Io. Gamelium iuniorem Laudunatem
Phalecium.

Si te mulceat elegans poësis,
Istos versiculos leges Gameli.
Non docent venerem libidinosam,
Sed mysteria Christianitatis,
Et contemnere opes, opumq; fastus.
Infra sydera quicquid est in orbe,
Exceptis animis, ruet caducum.

MEMENTO HOMO QVIA cinis es, & in cinerem reuertēris.



Erra , cinis, puluis, vapor , halitus,
vmbra,fauilla,
Vnde tibi stolidè crista supba salit?
Immemor humanæ sic conditionis
aberras,

Vt te mortalem non vbi cunq; putas?
Vndiq;(si nescis) circunstant mille pericla,
Cincta quibus nulli certa stat hora viro.
Per freta vasta late,nemorosos incole montes;
Tecum erit,& sinibus Parca recepta tuis.
Seu tibi veloces aptes,vti Dædalus,alas,
Haud tamen effugias impia tela necis.
Accola sis Austri,Zephyri,Boreæve,Notive,
Hærebit profugo mors inopina tibi.
Agmine cum viçto victor, cū paupere Crœsus;
Hanc quoq; cum Curijs ebria turba ferunt.
Deformis,nitidus,puer,infans,virq;,senexq;
Lurida calle pari stagna Charontis adit.
Vanus opū cumulus,Pactolus,Erythraq; vana,
In nihilum tandem morte redacta ruent.
Quid numerare iuuat grandæuæ tempora vitæ!
His lapsis superest nil nisi perbreue nunc.
Iactet olympiadas Nestor vetus ore trisecli,
Omnibus ex lustris horula nulla manet.
Cerne rosas Pæsti primæuo flore venustas,

Cerne simul flori quā breuis huicce decor.
Luce vbi sol media radioso fulserit igne,
Mox tristeis umbras nox tenebrosa parit.
Tu nihil ut metuas, saltem tuba rauca timenda,
Ultima qua mundi significanda dies.
Pef mare ventosum tunc nil nisi vasta procella,
Et fragor undarum, stridor & horrificus.
Tunc plusquā Aetnæo flagrabit terra calore,
Aera per piceum nil nisi fulgur erit.
Illa dies, altas cæli quæ diruet arceis,
Fur velut inuadet teq; tuamq; domum.
Ortus es ex terra, terram remeabis in ipsam,
Nil nisi putredo fœtida, vilis homo es.
Vnde igitur cristas sustollis fronte superba,
Terra, cinis, puluis, bulla, vaporq; fugax?
Ex quo visceribus maternis clausus inhæres,
Ac interna sibi vis alimenta rapit,
Tempore mors illo tibi iūgitur, vsq; sequax mors,
Te propiore sequens, corpus ut umbra, pede.
Lubrica tam cursu veloci defluit ætas,
Ut cito vanescat, nec redditura volet.
Præterit aufugiens subiti torrentis ut vnda,
Qui modo prætumidus, post modo null⁹ erit
Sic leue tempus abis, mollis ceu cæra liqueſcit
Illata sulphureis ignibus, ac oleo.
Sub tepido Phœbo nix alta soluta fit vnda.
Tempore quid supereſt prætereunte? nihil.
Dum rex psalmographus vitā persuadet inanē,

Fœnum ait hanc,fumos, perfluidumq; lutum
Sæpe rei multi tetricos flexere tyrannos
Ore pio,lachrymis,muneribusq; datis.
At qui lanificas dominas exoret,& harum
Qui mutet leges,& rata iura,quis est?
Id sat vicinum perhibent,quod cras fore credas:
Cras tamen haud vlli certius istud erit.
Vis,ætas,facies,gazæ,genus,alta theatra,
Imperio Lachesis subdita colla gerunt.
Omnibus a standum Christi semel ante tribunal,
Iudice quo, factis debita quisq; feret.
Qui malus,assiduis cruciabitur ignibus Orcis:
Qui probus,æterna dote beatus erit.
Mens tua,dum viuis,tenebroso corpore clausa,
Terrenos artus deseruisse cupit.
Inuia nulla feræ morti loca,regia siue
Atria sint,tetro seu casa foeda situ.
Alea te pernox agitet,Cytheræa,Lyæus:
Non hoc,aut illo mors fugit atra modo.
Te nec opinantem Cyllenius ad Styga mittet:
Ianua nanq; nigri semper aperta Iouis.
Certa dies mortis,moriendi terminus anceps,
Mors vbiuis cuiuis proxima semper adeat.
Ergo quid attollis cristas,cur ora tumescunt,
Terra,cinis,puluis,bulla,breuisq; vapor.
Omnia rex Solymus longe vanissima clama:
Ac simili tandem deperitura modo.
Exitus ac ortus mortali cuilibet idem,

Nascitur vt nudus, sic quoq; nudus obit.
Attalicas vesteis tibi congere, congere nummos
Innumerous, gemmas auriferiq; Tagi.
Tota domus Libyco tua sit suffulta nitore,
Res tamen has omneis tempus & hora terent.
Dulcia cum celebras conuiuia, s̄aepe artus
Exanimes vita deficiente cadunt.
Pronus ad interitum properas, cū tu tibi cōstas,
Inq; tuum crescit gens aliena locum.
Troia vbi, Carthago, vel Athenæ, aut mœnia Cad
Nil reliquū præter nomina vana tenent. (mi?
Inclytus Hector vbi? Graiorū vbi robur Achilles?
Cesar vbi? & Martis fulmina Scipiadæ?
Vmbrosos adiere lacus nigrantis Auerni,
Quo tibi migrandum, morte rotante vices.
Quamlibet instructus gemina sis ipse Minerua,
Ars tamen, aut ratio non domat ylla necem,
Quot sis ipse malis obnoxius, exigis ædam?
Certa prius stellæ nomina cuiq; dabo.
Induit hostileis animos tibi noxiis aer,
Inq; tuum torquet mille flagella caput.
In tua fata parit serpentum mille venena
Terra suo partu facta nouerca tibi.
Dæmones aerij, tenebrarum deuius error
Te mille assultant nocte dieq; dolis.
Omnia queisviuunt, tibi s̄aepe elemēta repugnat
Dissidio facto Ditis vt antra petas.
Quattuor humores simili conamine tentant

Ne diurna nimis tempora sanus agas.
Nubilus vt siccas stipulas rotat Auster in altum,
 Impete mors vario sic tua membra quatit.
Pestiferi morbi, simul & fera bella, fameſq;
 Certatim humanas depopulantur opes.
Tot(rogō) tam ſæuos inimicos, tamq; potenteis,
 Tot mala, tam fragilis tu caro ferre queas?
Spem tibi forte(malū) faciunt Medeides herbæ,
 Non abigunt summam carmen & herba diē.
Affiduis gelidam tellurem nisibus vrges,
 Vt tibi det latebris vltima tecta suis.
Debitus es morti, moriendi iure creatus,
 Vermis homo, putris massa caduca luti,
Nunc i, nunc cristas, animos quoq; tolle superbos
 Terra, cinis, puluis, bulla, fluensq; vapor.

E P I L O G V S.

Tu formatus humo, sub humū post fata redibis,
 Ossaq; queis conſtas, & caro, puluis erunt.
Te rodent olido nati de corpore vermes,
 Pus, ſaniesq; tuum foeda cadauer erit.
Vt bene te fragilem pernoscas, teq; caducum,
 Sæpius inculca, bulla homo, terra, cinis.

D E C A L A M I T A T E T E M P O R V M.

F L E T E piæ Muſæ plenissima tēpora luctus,
 Vberibus lachrymis publica flete maſa.
Grata quies perijt, ſunt otia libera nusquam,
 Quæ ſtudijs vestrīs dedita turba petit.

Mars ferus illa loco violentis depulit armis,
Tota quibus magno terra fragore stupet.
Sæua fuere quidem priscis certamina seclis,
Bellaq; conflictu sæpe repulsa graui.
At nihil his bellis, patimur quæ, par fuit vſq;
Martius vſq; adeo sæuit vbiq; furor,
Seu freta, seu terras spectes, seu rura, vel vrbeis,
Nil nisi fundendi sanguinis ardor adest.
Ardor inexhaustus, sitis atq; scelestæ cruxoris,
Cunctorum inuadunt ferrea corda virum.
Affinem affinis letho dat, amicus amicum,
Pulsa sui generis cum pietate fides.
Impostura, dolus, fraus, stupra, venena, rapinæ,
Insidiæ, feritas, proditioq; vigent.
Mixta prophana sacræ, deflagrati tæpla deorum,
Cæde madent, prædæ turpiter illa patent.
Flete piæ Musæ, sparsis plorate capillis,
Afluetis vestrum cultibus os careat.
Blandisonas citharas cōpescite, condite plectra,
Tinctaq; Mopsopij tollite verba fauis.
Bellum atrox mortuū miseriš mortalibus obstat
Ne placido currant tempora læta pede.
Sollicitas vrbeis circunuagus obsidet hostis,
Cunctaq; terrifico rura tremunt strepitu.
Castra per aerias crepitantibus ignibus auras,
Immensis opibus quæ modo structa, ruunt.
Flaua Ceres quorsum grauib⁹ tumet area spicis?
Quo saturum ducis pastor inepte pecus?

Siccine pro nihilo ducis tua dona Lyæ,
Vt cito quæ pereant, nascier illa finas?
Impius en miles superum contemptor, & æqui,
Instat vt has ferro vel face perdat opes.
Quid iuuat Alcinoi cultos imitarier hortos,
Dum fruitur nemo req; suoq; lare?
Legibus, aut iuri nil roboris: abstulit id vis
Bellica, cui quidquid per placet, id licitum.
Tot mala Calliope ne respice, ne tua reddat
Ceu quondam Niobes, faxea membra stupor.
Astra piæ Musæ iustis implete querelis,
Quod nullum vobis Marte furente decus.

DE MORTE DELPHINI.

Optima quæq; suo mors impia more trucidat,
Nilq; diu felix, nilq; perenne sinit.
Tergeminos inter fratres qui tempore primus,
Quiq; hæres regni (proh scelus) ecce iacet.
O dolor, o nimium, nimiū quoq; funebre tēpus,
O fletu æterno moesta notanda dies.
Vixdum bis nonū numerauerat ipse Decēbrem,
Lanugo teneris vix erat orta genis.
Quo fugitis, color ille decēs, & frons Ioue digna?
Quo vox? quo Pylio blandior ore lepos?
Ingenuas arteis, simul & fera natus ad arma,
Huic & erant magnis æmula corda deis.
Doctus equi tumidos animos cohibere ferocis,
Doctus & hastilis, doctus & ensis erat.
Imbre lutoq; madens iuga per siluosa ferarum,

Se studio accinxit s̄epe Diana tuo.
Cunctarum fuerit rerum q̄ mente capaci,
Re docuit, gnauus, sedulus, atq; celer.
Gētibus acceptus (nisi queis mēs barbara) cū d̄tis:
Hocce pater felix, patre q; natus erat.
Munera quot dederit generoso principe digna,
Id tam testatum, quām quod vtriq; polo.
Prætero vani quām fastus hostis acerbus,
Quamq; sequax æqui, quamq; tenax fidei.
Cura fuit vel prima, sequi vestigia patris,
Ad viuum soboles effigiata patrem.
Spes erat, vt fatis is euntibus ordine iusto;
Rex, & eo fœlix Gallia rege foret.
Sole sub occiduo, nascente q; par nihil ortum,
Extera, seu penitus Gallica gesta legas.
Ille tamen tantus regni tam diuitis hæres,
(O dolor, o nimium Parca secura) iacet.

E IV S D E M E P I T A P H I V M.

Rex mihi Franciscus Genitor, reginaq; mater
Claudia, natorum maximus hisce fui.
Præfuiimus populis materno iure Britannis,
Regni hæres, magno dignus & imperio.
His florens titulis, in me graffante veneno,
Delphinus tegor hac duxq; Britannus humo.

A L I V D A D V I A T O R E M.

Primigenam Regis Francisci respice natum,
Hæc minime paruam rem tenet vrna breuis.
Anchora plebis, amor patrum, spes viuida regni,

Summa boni, superis inuidiosa deis,
Lux iuuenum, decus ingenij, rectissima morum
Norma, sub hoc tumulo contumulata iacent.

IN EVM Q VI TOXICO EVNDEM
SVSTVLIT.

Quod genus esse tuū credam, fex ima barathri?

Quæ tibi, quæ genitrix, prodigiosa lues?

Aeditus humano partu de more virorum es?

Non, sed ab immiti tu Phlegethone satus.

Sunt tribus a Furijs illic tibi pabula sumpta,

Lac quarum sanies, fel quoq; lethiferum.

Inde venenorum tibi nota potentia, fraudes

Inde tibi notæ, summaq; tota mali.

In rigido tibi corde silex, in pectore ferrum,

Vulnificos angueis viscera fœda tenent.

Ausus es īfonti Francisci Regis alumno

Heu dare pestifera toxica tetra manu?

Ausus es o giaris, olido quoq; carcere digne,

Tam crudele nephias, flebile tamq; scelus?

Ausus es hunc iuuensem letho dare furcifer atro

Naturæ exactum commodioris opus?

Tunc vtinam meritis flagrasses ignibus, huic cū

Fellis adumbrati pocula rubra dabas.

Gratia tam viuax, tantus decor illius oris

Flectere sacrilegas non potuere manus?

Fons o Calliope lepidi sermonis, & author,

Nil nisi nunc tristeis emodulare modos.

Vos etiam Dryades, vos cætera turba Dianæ

Vestrorum nemorum flete perenne decus.
Magnifici reges, moderamina quos penes orbis,
Mox regnaturi flete necem iuuensis.
Francigenæ gentis proceres suspiria crebra
Ducite, nam specimen nobilitatis obit.
Vir, tremulusq; senex, iuuenes, teneræq; puellæ
Tristibus exurdent sidera celsa sonis.
Vestra perit vobis spes intercepta veneno,
Vestra salus, vester suspiciendus honos.
Te quibus addicam crucibus scelerate minister,
Quem tanti artificem iam liquet esse mali?
Sisyphus, Ixion, Danai prolesq; quiescant,
Supplicium ad quorum dignus es omne rapi.
Cude nouū taurum Phalaris, supponeq; flamas,
Hac Franci extinxitor sanguinis arte cadat.
Aut voret hūc sicca longūm leo fauce famescēs,
Aut Diomedæis sit cibus vñus equis.
At quid ego refero secli tormenta prioris,
Queis animam miseram dire pereptor agas?
Non satis est ab equis lacerari, tu nisi sāpe
Virbius extensa dilacerere cute.
Vt semel hic lueris pœnas, & veneris Orcum,
Quod reliquum Minos ingeniosus agat.

DE FVGA CAROLI IMPERATORIS.

Venit, & aufugit: medio quod tempore gestum,
Nemo leget: venit Cæsar, vt aufugeret.
Omnia principio flammis, nece cōplet, & armis,
Cumq; minis trucibus fulgura dira crepat.

Vanus ad extremum conatus Cæsar is: & qui
Omnia terruerat, territus hoste fugit.

D E E O D E M.

Tatalus immersus lymphis miser expedit vndas,
Vt sedent acrem mersa labella sitim.

Tantaleum fugit os siccum quæsita sed vnda,
Vnde sepultus aquis tempus in omne sitit.

Carole tu factus contrarius, id petis ipsum
Quod fugis, & quod amas, deseris aufugiens.

Si desiderium fuga non compescit inane,
Sors tua par nulli, qui fugias, quod aues.

Quam prius optaras, tellus tibi Franca relicta,
Huic inhians fugis hanc, Carole, quid simile?

D E E O D E M.

Cæsareas aquilas sic lilia terna fugarunt,
Vt colubros verno tempore vitis odor.

A L I V D.

Ignea vis certe Salamandræ proxima cuius
Armatus Cæsar lumina ferre nequit.

S A L A M A N D R A L O Q V I T V R.

Igne, foco calido mea pabula sunt & in æstu.
Sulphure non vror, non face, non oleo.

Follibus accensis quoties vaga flamma citatur,
Hoc voco vel regnum, deliciumve meum.

Cudendis quoties incumbit Mulciber armis,
Hoc mea vita modo continuata viret.

Cum Brontis socij clypeosq; galeasq; retundunt,
Partior hisce libens congenitale solum.

Ergo nigris aquilis Salamandra exterrita cedat:

Ergo meo veteri pellar abacta loco?
Ergo nouos videam Salamādra expulsa colonos,
 Quaeis gelida glacie frigida corda magis
Ignea devoutam sibi me gens Gallica seruet,
 Inconcussa meo sceptra fauore gerat.
In fuscis aquilis spes constet Iberica, Francos
 Dummodo victores dux Salamādra regam.
Centem agat Hesperiā Louis ales in aspera bella,
 Agminibus Francis laurea sertā feram.
Aurea flamma tuos inimicos Francia quondam
 Expulit, est robur, vis eademq; mihi.
Elumbes aquilæ nequeunt me ferre propinquā,
 His stupor, his subitus me propiore pauor.

D E A N T O N I O L A E V A.

Læua cruentus eques funesta ad prælia natus,
 In belli medijs æstibus occubuit.
Hoc viuo temere captauit Gallica regna
 Carolus, extincto pallet & alget iners.
Augurio læuo Læuam spes lusit inanis,
 Carole captator ne capiare vide.

D E T H O M A M O R O.

Hellada verbosam superauit terra Britanna,
 Indere cum Moro nomen vtriq; placet.
Quod leue stultitiae nomen dat inaniter illa,
 Moribus à Mori fortiter hæcce fugat.
Nil min⁹ est Morus q̄ quod vox græcula signat,
 Puriter ut Mori vita peracta probat.
Stoicidæ valeant, ex re qui nomina dicunt,

Vt Cato re sapiens, nomine stultus is est.
Nec tantum sapiens, sed in omne beatior æuum,
Victorem sceleris quem Iouis aula tenet.

EPI T A P H I V M E I V S D E M.

Ecce suo Mori truncum sine vertice corpus,
Mens vbi? stellifera tota recepta domo.

D E E R A S M O R O T E R O.

Mystica siqua fuit doctrina recondita, nulli
Quàm tibi cognitior Roterodame fuit.
Quæ ratione pri⁹, solido quoq; dogmate noras,
Perspicuis oculis nunc ea clara vides.

A D I O . B E L L A I V M C A R D . A M P L I S S .

Propitium vobis, mea quærite scripta patronū,
Quo duce tam tutum quàm breue detur iter.
Clarus adest præsul Bellaius, aurea sub quo
Grex sibi Pierius secla renata videt.

Tres ipsi charites, comes huic quoq; turba noue
Parnassi bifidi quæ iuga sacra colit. (na

Hoc authore ferunt sibi debita præmia vates,
Quotquot & eloquio splendidiore valent.

Hoc authore scholam laudas Frācisce trilinguē,
Quæ regnis abigit barbara monstra tuis.

Huic data, quem canimus, tyrij ornamēta galeri,
Non nisi præcipuis tegmina danda viris.

Parrhisiae penes hunc moderamen rectius vrbis,
Præside quo plebi mutua cura patrum.

Rhetor ad hæc, Suada Pithoq; iuantibus vltro,

Quantus apud veteres vix fuit vllus auos.
Sifauet hic vobis tantus, mea carmina, præful,
Rumpetur rabie Momus, & inuidia.

Ad Antonium Viennæum, Episcopum
Cabilon. Abbatem Molism. &c.

Auricolore ruber clypeus Iouis alite fulgens,
Stemma Viennæi sanguinis, omen habet.
Omine tangor eo, felicia tempora vitæ
Affore cum multo laudis honore tibi.
Siue aurum spectes, rubicundum siue colorem,
Lætus vtriq; nitor, fronsq; serena subest.
Hæc duo virtutū iuga sunt, qbus vndiq; splēdes,
Quæq; tuos animos alta per astra vehunt.
Digna ita designas solis Heroibus acta,
Vt tibi vix pariant secula longa parem.
Diuini ratio tua cura potissima cultus,
Exactæq; tuus religionis amor.
Tu nullis opibus parcis, nulloq; labori,
Pristinum vt obtineant diruta templa decus.
Ast vt ad omen ego memori sermone recurram,
Psalmographi dictum quod prius ore loquar.
Sic tua florenti vultu renouanda iuuentus,
Os gentilitiæ ceu reparatur aus.

Renouabitur, vt Aquilæ, iuuentus tua.

F I N I S.